Nos Don Innocencio Maximo, por la gracia de Dios, y de la santa Sede Apostolica Obispo de Bertinoro, y de nuestro santissimo Padre Vrbano por la diuina prouidencia Papa VIII. Nuncio y Colector general Apostolico en estos Reynos de España, cō facultad de Legado à latere. Otro si Iuez Apostolico executor que somos de lo que de yusso se harà mencion en virtud de vn Breue, y Letras Apostolicas de su Sãtidad, despachadas sub Annulo Piscatoris, que para que dellas, y de nuestra jurisdicion conste, las mandamos aqui inserir, y su tenor es el siguiente.

VRBANVS PP. VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM: Alias à fel. record. Leone Papa XI. prædecessore nostro emanarunt Literæ tenoris subsequentis, videlicet. Leo Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam. Impositi nobis Apostolici muneris debitum exposcit, vt in his nostræ authoritatis partes libenter interponamus, per quæ differentijs, & controuersijs inter Ecclesiasticas personas vigentibus, è medio sublatis earũ quieti opportunè consulamus. Cùm itaq; alias fel. record. Paulus Papa III. prædecessor noster Societati IESV, ab ipso institutæ, & approbatæ, eiusq; socijs inter alia concesserit, vt de eis, quæ in ornamentis, aut pro eis aut libris, fabrica luminaribus, seu pro victu, & indumentis eorũ, necnon pro annuis censibus redimendis, ad quorũ solutionẽ aliqua domus Societatis prædictæ obligatæ forsan existebãt, ac de domibus, & collegijs eorũ prædijs, hortis, alijsq; locis eisdẽ socijs haberi concessis, aut de his quæ sit ĩ pro huiusmodi rebus, domibus, collegijs: & hortis emendis, per quascunq; personas pro tẽpore legari aut relinqui contigisset, & alijs bonis quibuscũque per dictã Societatẽ, & illius collegia possessis, & obtentis aliquã decimã etiã Papalẽ soluere, seu Canonicam portionẽ exhibere, seu ad præstationẽ procurationũ legatorum prædictæ Sedis vel Nunciorum ipsius, aut Ordinariorum locorum, exactionẽ collectarum seu subsidiorum, vel prouisionum quoruncunque minime tenerentur, nec ad id per literas eiusdẽ Sedis aut Legatorum, aut Nunciorum, seu Diocesanorum Prælatorum cuiuscunq; tenoris forent, vllo vnquam tempore compelli possent, nisi ipsæ literæ Apostolicæ plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto & cõcessione huiusmodi, ac de eorũ ordine mẽtionẽ fecissent. Et si fortè per

 ipsum

Bul.

ipſum Paulũ prædeceſſorem,vel dictam Sedem,de pijs legatis,diſpoſitis, & relictis in genere,vel ſpecie decima,vel alia portio,ſeu quarta alteri piç vel non piæ cauſæ,quomodolibet eatenus conceſſæ fuiſſent, vel illam in poſterũ concedi ſeu ſolui,aut dari,& mãdari cõtigiſſet Socios dictç Societatis,ac illorũ domus,& bona quæcunq;ac eis legata, & relicta,aut alias in eorũ fauorẽ diſpoſita in conceſsionibus,&mandatis huiuſmodi minimè cõprehendi,decreuerit,& voluerit,niſi de ipſis ac prædicto Decreto,&voluntate,non per clauſulas generales idẽ importantes, ſed vera & expreſſa atque ſpecifica mentio fieret in eiſdẽ, & alias prout in Literis Apoſtolicis eiuſdẽ Pauli prædeceſſoris,ſub data anno Incarnationis Dñicæ 1549. 15.Kalend.Nouemb.Pontific.ſui anno 15.expeditis,Cũq;deinde rec.me. Pio Papæ IIII.pro parte Præpoſiti Generalis,& vniuerſæ Societatis prædictæ expoſito,quod quãuis dictus Paulus prædeceſſor,eandem Societatẽ eiuſque perſonas,à decimarum,& aliarum quarumcunque impoſitionum ſolutione exemiſſet:quia tamen id diſertis verbis non videbatur explicatũ,necnõ in exẽptione illis cõceſſa huiuſmodi de domibus probationis,& Collegijs eiuſdẽ Societatis, nõ tamẽ Profeſſorũ domibus,quæ iuxta regularia illius inſtituta bona ſtabilia habent,aut habere poſſunt, ſpecialis mẽtio facta nõ fuerat,moleſtiã ipſis inferri,ac domos probationis,& Collegia ipſius Societatis,ſuper exẽptione huiuſmodi perturbari poſſe tẽpore præcedẽte timebãt ,idcircò ſupplicationibus Præpoſiti Generalis,& Societatis prædictorũ inclinatus,priuilegia,& exẽptionẽ,ac cũ omnibus ,& ſingulis in ijs contentis clauſulis Literas Pauli prædeceſſoris prædictas & illarum vigore domos,& Collegia eiuſdem Societatis vbilibet cõſtituta , & inde ſecuta quæcunque,iuxta tenorem Literarum earundem Apoſtolica,auctoritate,& certa ſcientia confirmauerit,& approbauerit , ac etiam plenariè innouauerit,& denouo quatenùs opus eſſet cõceſſerit:necnõ illis perpetuç & inuiolabilis firmitatis robur adiecerit,omneſque,& ſingulos iuris & facti defectus,ſi qui forſan interueniſſent,in eiſdem ſuppleuerit,& nihilominus pro potiori cautela vniuerſam Societatem,omniaque & ſingula illius domos probationis,& Collegia vbilibet exiſtẽtia,præſentia,& futura, eorumque perſonas,fructus,redditus, prouentus,& bonorum Eccleſiaſticorum ſecularium,& regularium quoruncunque illis pro tempore vnitorum aliaque res,& bona quæcunque à quibuſuis decimis etiam Papalibus, prædialibus,perſonalibus, quartis , medietatibus , & alijs ordinarijs oneribus, etiã pro expeditione contra infideles,defenſione patriæ,& alias quomodolibet,etiam ad Imperatorũ, Regum, Ducum, & aliorum Principũ inſtantiam,pro tempore impoſitis,etiam ſi in illorũ impoſitione caueretur,quod nulla prorſus exemptio cuiquã aduerſus illa ſuffragetur :ita quod Societas eiuſq; domus,&Collegia,fructus,res,& bona prædicta ſemper ab illis abſque

que declaratione desuper facienda exempta essent,& esse cẽserentur, perpetuò liberauerit,& exemerit,& alia fecerit,prout in eiusdẽ Pij prædecessoris,in forma Breuis,sub data die 19. Augusti 1561. Pontificatus sui anno secundo. Et cùm demum piæ mem. Gregorio Papę XIII. etiam prædecessori nostro,pro parte tunc existentis Præpositi Generalis eiusdẽ Societatis Iesu pariter exposito,quod licèt prædictus Paulus III. prędecessor volẽs dictam Societatem per eum Apostolica auctoritate institutã,& approbatam,illiusque socios fauore prosequi gratiæ specialis, inter alia eidẽ Societati,& socijs supra memoratam exemptionem,à decimis concessisset, & indulsisset:& successiuè Pius IV. Literas ipsius Pauli III. vt supra dictum est,confirmasset,& approbasset,ac alia cõcessisset, prout in singulis supradictis Pauli,& Pij prædecessorum Literis pleniùs continebatur, nihilominùs,quia in illis nulla de constitutione rec. me. Innocentij Papę III similiter prædecessoris nostri,in Cõcilio generali super decimis edita,quæ incipit. Nuper expressa,& specifica mentio facta,neq;ei spetialiter,& expresse derogatum fuerat,idem præpositus dubitabat singulas Literas prędictas,de subreptionis, seu nullitatis vitio notari,& Societati,illiusq; domibus,& Collegijs,ac personis prædictis:minùs vtiles reddi,aut illa super exemptione huiusmodi molestari,vel perturbari posse tẽpore præcedẽte: Idẽ Gregorius prædecessor:quaruncũq; litiũ, & causarum super præmissis iam forsan motarum statum:& merita,ac nomina, & cognomina Iudicũ, & collitigantium,ac titulos,& iura eorum pro expressis habens, & ipsius Præpositi generalis suplicationibus ea in parte inclinatus voluerit ac Societati,illiusque domibus etiam probationum,Collegijs,&personis prædictis auctoritate Apostolica concesserit,quod singulæ Literæ prædictæ,cũ exemptionibus cæterisque omnibus,&singulis in eis contẽtis clausulis,& decretis,processusque habiti per easdem,& inde secuta quæcunq;valerẽt plenamque roboris firmitatem detinerent,ac eis,quibus cõcessa existebãt perpetuò suffragarentur in omnibus,& per omnia,perinde ac si in illis de Cõstitutione Innocentij prædecessoris,& seu Cõcilij Generalis huiusmodi specifica,& expressa mentio facta,eique specialiter,& expresse derogatũ fuisset,prout idem Gregorius prædecessor dictæ Constitutioni ad effectũ præ missũ specialiter,& expresse derogauit. Decernens ita in quibuscũque causis pendentibus,& futuris,per quoscunque Iudices,& Commissarios,quauis auctoritate fungentes,iudicari,& definiri,debere irritũ quoque & inane quidquid secùs super his à quoquam,quauis auctoritate,scienter, vel ignoranter contigerit attentari, & alias prout in eiusdem quoque Gregorij prædecessoris,in forma Breuis,sub data die prima Ianuarij 1578. Põtificatus sui anno sexto,expeditis Literis pleniùs continetur. Cũ que,sicut accepimus,ex eo quod occasione prædictorũ priuilegiorũ Religiosi dictæ

 Socie-

Societatis se,eorũque domus,etiã probationũ,Colegia,& loca,ac prędia, res,& bona quæcunq; à solutione etiam decimarum, quæ Parrochialibus & alijs Ecclesijs de iure,vel consuetudine,seu quouis alio titulo,vel causa debẽtur,exemptos esse. Contra verò Metropolitanarũ,& Cathedraliũ, ac aliarum Ecclesiarum Archiepiscopi,Episcopi,& alij Præsules venerabiles fratres,& Capitula,ac Parrochialium Ecclesiarum Rectores Regnorũ Castellæ,& Legionis dilecti filij,ipsos Religiosos Societatis Iesu tali exẽptione,in maximum illorum præiudicium abuti prætendũt,inter illos dudũ super hoc, diuersæ lites,seu cõtrouersiæ ortæ,& in causa,seu causis huiusmodi ad aliquos actus deuentũ fuerit:& licet demùm de ineunda inter ipsas partes aliqua concordia tractatum,& in Congregatione generali Capitulorũ,&totius Cleri dictorũ Regnorum in ciuitate Vallisoletana de anno 1602.habita diuersæ propositiones hinc inde inter ipsas partes ad effectum huiusmodi concordiã ineundi factæ fuissent,nihilominus aliquid conclusum non extiterit , sed vtraque pars negotium istud ad Romanum Pontificem remiserit:Nos,qui inter Ecclesiasticas personas pacẽ,& quietem perpetuò vigere,&cõseruari syncero desideramus affectu,remisionẽ huiusmodi acceptantes,negotium huiusmodi,iussu fel.rec. ClemẽtisPapę VIII.prædecessoris nostri mature discussum, & examinatum pro æquitate terminare,ac omnem vlterioris controuersiæ,& discordiæ inter dictas partes ocasionẽ præcidere statuimus;idcircò singulariũ Pauli,Pij,& Gregorij prædecessorũ,& aliorum quorumcunque,in fauorẽ prædictæ Societatis,super exemptione huiusmodi expeditarum Literarũ veriores,ac totos tenores,& datas,pręsentibus pro sufficienter expresis, & ad verbum insertis habẽtes,nec non quascunq; lites,& causas,premissorũ occasione hactenùs inter venerabiles fratres Archiepiscopos,Episcopos,& alios Præsules fratres nostros:& quasuis Metropolitanas,Cathedrales Collegiatas,Parrochiales:& alias Ecclesias:earunque Capitula:Collegia Rectores , & alias Ecclesiasticas personas dictorum Regnorum ex vna, & dictam Societatẽ & quasuis illius domos etiam Professorum,necnõ Collegia domos probationis:& alia loca quæcunque ex altera partibus;corã quibuscunq;iudicibus:& nostri sacri Palacij Apostolici Rotæ Auditoribus , ac etiã S.R.E. Cardinalibus:& in quacunque instantia tã coniunctim:quàm diuisim pendentes quarum status,& merita ac nomina,& cognomina Iudicum,& collitigantiũ præsentibus similiter pro expresis haberi volumus in eisdẽ statu,& terminis,inquibus reperiuntur ad nos harum serie auocantes, illasque penitus extinguentes,ac quascunque sententias literas executoriales ad fauorẽ Societatis,seu illius domorũ,vel Collegiorum,aut alicuius illorum quomodolibet latas:& relaxatas , ac etiam forsan executas , & alias quascunque prouisiones,ac quomodolibet,& quandocunque ad eorum fa-

uorem

uorem expeditas reuocantes,& ad præsentiũ præscriptum reducentes, ac perpetuum partibus ipsis silentium,super præmissis omnibus & singulis silentium imponentes saluis tamen quibuscunque concordijs,seu transactionibus inter partes initis,quas in suo robore remanere volumus, motu proprio,& ex certa scientia , ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum seriè perpetuò statuimus, decernimus, & ordinamus , vt ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus prædicta Societas , & illius domus etiam probationum , atque Collegia, & loca quæcunque vbiuis locorum in prædictis Regnis Castellæ,& Legionis existentia,ratione prædiorum possessionum,vinearum,oliuetorum,terrarum,hortorum,& bonorum quorumcunque,quæ nunc posident quomodocunque , & vndecunque ad eos peruenta , aut per eos acquisita fuerint, etiam eorum, quæ in posterum perpetuis futuris temporibus ex nouis domorum,seu Collegiorum fundationibus, aut alijs largitionibus, donationibus,legatis, testamentis,Codicillis, seu vltimis voluntatibus duntaxat acquirent:& non solùm eorum , quæ locare , ac arrendare solent , sed etiam eorum,quæ per proprios colonos, ac proprijs quoque manibus excolant,loco decimæ vigesimam , scilicet ex singulis viginti vnum eorum fructuum cuiuscunque generis,& speciei,quos in illis colligunt , nec non pecorum,& aliorum animalium,quæ in illis enutrient, piscationum , auium,aliarumque rerum,& specierum , de quibus de iure , vel consuetudine decimari solet Ecclesijs,quibus alioquin circunscriptis, dictis priuilegijs decimam persolui deberet, persoluere teneantur , & obligati existant. Et quia euenire poterit, vt Religiosi dictæ Societatis alia prædia, possessiones,terras,& bona emptionis titulo in posterum acquirant , aut prædia,terras,& bona extraneorum excolant , vel per eorum colonos excoli faciant: Nos nè super bonis in posterum acquirendis , aut excolendis huiusmodi, & alijs supra deductis noua controuersia deinceps oriatur: Declaramus , ac pariter statuimus,& ordinamus,quod ratione eorum prædiorum,possessionum,terrarum,& bonorum,quæ emptionis titulo acquirent,aut quæ titulo locationis ab alijs conduxerint,ipsi colẽt, aut coli facient,non vigesimam,sed integram decimam ijs Ecclesijs quibus, & prout antequam ipsi Religiosi illa tenerent , debebatur, pariter soluere teneantur , & obligati existant:ab huiusmodi autem decimæ , seu vigesimæ solutione hortos,seu viridaria , quæ apud eorum domo,seu Collegia intra ciuitates , & oppida habuerint necnon etiam vnum tantùm prædiorum in agro,pro vnaquaque domo,seu Collegio, quod tamen muris circumdatum sit,& quatuor fanegarum illarum partium mensurarum non excedant,exempta esse volumus,& ordinamus. Decernentes , ipsos Societatis Iesu Religiosos ad mediæ decimæ , seu vigesimæ , & integræ

 decimæ

decimæ huiusmodi respectiuè solutionem faciendã,de cætero omninò teneri,& ad id censuris,& pœnis Ecclesiasticis, alijsque opportunis iuris, & facti remedijs, æquè ac non exemptos cogi, & compelli posse: nec ab huiusmodi mediæ decimæ,seu vigesimæ, vel integræ decimæ solutione prædictarum Pauli,Pij,Gregorij,aut aliorum Pontificum prædecessorum Literarum, aut alio quouis prætextu, causa, vel occasione resilire, vel deficere vllatenus posse, ipsos verò Archiepiscopos, Episcopos, & Præsules, Capitula, & Rectores Ecclesiarum prædictarum, & alias personas Ecclesiasticas,quibus huiusmodi mediæ,& integræ decimæ respectiuè debebuntur, earum solutione, prout à nobis, vt præfertur, statutum est,contentos esse debere Præsentes quoque literas,ex eo,quod partes ipsę præmissis non consenserint,aut alio quouis prætextu de subretionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocunque defectu notari,impugnari,redargui,aut infringi,suspendi, limitari,retractari,reuocari,aut in ius, vel controuersiam vocari,seu ad terminos iuris reduci,aut aduersus illas, quodcunque gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari nullatenus posse,sed semper, ac perpetuò validas, & efficaces existere,& fore,ac illis omnibus, & singulis, quos concernunt plenissimè suffragari,ac ab illis respectiuè,obseruari debere,sicque,& non aliter per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari,& definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ingnoranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri Archiepiscopo Toletano,ac dilectis filijs causarum Curię Cameræ Apostolicæ generali Auditori,ac nostro,& Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio per præsentes committimus, & mandamus, quatenùs ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes Literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, quoties pro parte tam Societatis, quàm Capitulorum,& aliorum prædictorum,seu alicuius eorum fuerint requisiti,solemniter publicantes,illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos eorundem præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere:non permittentes illos,aut aliquos illorum desuper à quoquam, quauis auctoritate quomodolibet indebite molestari,contradictores quoscunque, ac præmissis non parentes,eisque auxilium,& consilium,vel fauorem publice, vel occulte,directe,seu indirecte quomodolibet præstantes,per censuras, & pœnas Ecclesiasticas,aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione

post-

posthabita compescendo, inuocato etiam si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus prædictis Pij, Gregorij, & aliorum Pontificum predecessorum litteris, ac similis me. Bonifacij Papæ VIII. etiam predecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dum modo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque Apostolicis, ac in vniuersalibus, prouincialibusque, & synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac regulis Cancellariæ nostræ, & præsertim de iure quæsito non tollendo, necnon tàm ipsius Societatis, quàm quarumcunq; Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, & Parrochialium, & aliarum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenore, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis, etiam in forma breuis, tàm per nos, quàm per quosuis prædecessores nostros, ac etiam dictæ sedis Legatos, etiam ad quorumuis Imperatorum, Regum, Ducum instantiam, aut etiam motu proprio ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut etiam consistorialiter, etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam mari magno, Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis. Quibus omnibus, & singulis, etsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expresśio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expresśis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresśe derogamus, contrarijs quibuscunque, seu si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari nõ posśint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt præsentium transumptis, etiam impresśis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die 23. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo. Nuper verò recol. mem. Gregorius PP. XV. similiter prædecessor noster supplicationibus pro parte Præpositi Generalis, ac domorum

morum & Collegiorum, aliorumque locorum regulariũ eiusdem Societatis in Castellæ & Legionis Regnis prædictis existentium sibi humiliter porrectis inclinatus, per suas in simili forma Breuis, sub die 15. Februarij proximè præteriti expeditas literas eidem Societati, quòd ex tũc de cætero perpetuis futuris temporibus omnia, & singula illius domus Collegia & loca vbicunque in Castellæ, & Legionis Regnis huiusmodi dumtaxat existentia, præsentia, & futura, ad solutionem & præstationem decimæ integræ; vel dimidiæ ratione prædiorum, possessionum, vinearum, oliuetorum, terrarum, locorum, & aliorum bonorum quorumcunque eiusdem Societatis, in eisdem Castellæ & Legionis Regnis duntaxat, & quæ proprijs manibus, aut sumptibus: & per proprios colonos tunc excolebãt, & pro tempore excoluissent, siue prædia, possessiones, oliueta, & alia bona huiusmodi ad Societatem, illiusque domos & Collegia, & alia loca prædicta ex eorum fundatione, aut alijs largitionibus, donationibus, legatis, testamentis, codicillis, aut alijs vltimis voluntatibus, vnionibus, applicationibus, cõcessionibus, emptionibus, aut alijs acquisitionibus, & aliàs quomodocunque, & qualitercunque eatenùs iam essent acquisita, siue in posterum ad eandem Societatem, Religiososque illius deferri contigisset, nisi prout alij mẽdicantes soluere consueuerant minimè tenerẽtur, præinsertis Leonis prædecessoris huiusmodi literis, in alijs omnibus firmis & illæsis remanentibus, Apostolica auctoritate concessit & indulsit: nec illos per Archiepiscopos, Episcopos, Præsules, necnon Capitula, Collegia, & Rectores Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiatarum, Parrochialium, aliarumque Ecclesiarum Regnorum Castellæ, & Legionis huiusmodi, tunc & pro tempore existentes, & quosuis alios ad solutionem decimarum huiusmodi, ratione bonorum eiusdem Societatis, quę proprijs manibus vel sumptibus, vt præfertur excolebant, seu excoli faciebant, aut excolerent, aliter faciendam, quam prout dicti mendicantes soluere consueuerant, cogi, aut cõpelli, minusque eos desuper earundem literarum dicti Leonis prædecessoris, aut quocunque alio colore vel ingenio, publicè vel occultè, directè vel indirectè molestari, perturbari, aut inquietari posse: sicque & non aliter per quoscunque Iudices ordinarios, Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R. Ecclesiæ Cardinales, etiã de latere Legatos, ac Sedis Apostolicæ Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; iudicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secùs super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, & aliàs prout in vltimo dictis Literis pleniùs continetur. Nunc verò Nos ita in Domino expedire iudicantes, necnon prædictarum Gregorij prædecessoris Literarum veriores,

ac totos

ac totos tenores præſentibus pro expreſsis,& ad verbum inſertis habentes, iuſtis & grauibus de cauſis animum noſtrum mouentibus, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictas Gregorij Prædeceſſoris literas omniaque, & ſingula in eis quomodolibet contenta & expreſſa tenero præſentium perpetuò reuocamus, caſſamus, abrogamus, annullamus, ac viribus, & effectu prorſus euacuamus, necnon reuocata, caſſa, abrogata, & annullata, viribuſque & effectu vacua perpetuò eſſe & fore, neque in poſſeſſorio, neque in petitorio dictæ Societati, illiuſq; domibus, Collegijs, ſeu alijs locis regularibus, eorumve perſonis & bonis ſuffragari poſſe, ſeu debere, ſed ipſos eiuſdem Societatis Religioſos, eorũque affectuarios colonos, ſeu bonorum domorum, & Collegiorum, ac regularium locorũ huiuſmodi arrendatores, & conductores ad ſolutionem earum decimarum de cætero, iuxta præinſertarum Leonis prædeceſſoris huiuſmodi literarũ formam & continentiam teneri, & obligatos eſſe, & fore in omnibus, & per omnia perinde ac ſi literæ Gregorij prædeceſſoris huiuſmodi nunquam emanaſſent: reuocationem verò, & caſſationem, abrogationem, annullationem, viribuſque & effectu euacuationem de dictis Gregorij prædeceſſoris literis, & in eis quomodolibet cõtentis & expreſsis per nos vt præfertur factas, necnon præſentes noſtras literas perpetuò validas, firmas & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere debere: neque illas etiam ex eo quod cauſæ, propter quas emanarint, expreſſa, verificatæ & iuſtificatæ, ſeu Societas prædicta; illiuſque Præpoſitus Generalis, & alij quicunque in præmiſſis intereſſe habentes ſeu habere prætendentes ad hoc vocati, citati & auditi non fuerint: neque illis conſenſerint, vel aliàs ex quacunque prætextu, colore. ingenio. vel cauſa: etiam quantumuis iuſta, iuridica. pia. & priuilegiata. de ſubreptionis. obreptionis, ſeu nullitatis vitio. aut intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, redargui. infringi, retractari, in ius vel controuerſiam vocari, ad viam ſeu terminos iuris reduci, vel aduerſus eas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aut aliud quodcunque iuris gratiæ, vel facti remedium impetrari ſeu concedi, aut impetrato, vel conceſſo Societatem prædictam, vel pro ea agentes in iudicio, vel extra nullatenùs vti poſſe: ſicque & non aliter per quoſcunque Iudices ordinarios & delegatos. etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ Nuncios, quauis auctoritate fungentes, iudicari & diffiniri debere: ac irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari

decer-

decernimus. Quocirca venerabili fratri Innocētio Episcopo Britonoriēsi moderno, & pro tempore existēti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuncio, ac dilecto filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per easdem præsentes committimus, & mandamus, quatenùs ipsi, aut aliter eorum per se, vel alium seu alios præsentes Litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit solemniter publicantes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes nostras Literas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus & singulis, ad quos spectat inuiolabiliter obseruari: contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus prædictis Gregorij prædecessoris Literis, ac Regula nostra de iure quæsito nō tollēdo: necnō fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Societatis ac singularium illius domorum, Collegiorum & locorum regulariū quorumcunque etiam iuramento, confimatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Societati illiusque superioribus, & personis, sub quibuscunque tenore & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarū derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & alijs decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concesis, cōfirmatis, approbatis, & sæpius innouatis. Quibus omnibus & singulis, etsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorūque totis tenoribus specialis, & specifica expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expresio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenoribus huiusmodi præsentibus pro plenè & sufficienter expresis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non posint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Nouembris 1623. Pontificatus nostri anno Primo.

V. THEATIN.

A los Padres Prouinciales, Prepositos, Rectores, Superiores, Religiosas, y her-

y hermanos de la Religion de la Compañia de Iesus destos Reynos de Castilla y Leon, y a otras qualesquier persona, o personas de qualquier grado, estado, o condicion que sean, a quien lo contenido en estas nuestras letras toca, o puede tocar en qualquier manera, y a quien fueren intimadas y notificadas, cuyos nombres y cognombres auemos aqui por expressados, siendolo en su intimacion, y a cada vno insolidum. Salud en N. Señor Iesu Christo. Sepan que ante Nos parecio el Licenciado Don Diego de Zuñiga Sotomayor, Procurador general del Estado Ecclesiastico de los dichos Reynos, y en su nombre presentò el dicho Breue, y letras Apostolicas de suso insertas, diziendo, que como dellas constaua y parecia, su Santidad confirmaua el Breue de la Santidad de Leõ Vndecimo de felice memoria, reuocando otros concedidos por los Romanos Pontifices sus predecessores: y en particular el vltimamente concedido po Gregorio XV. que en el dicho Breue venian insertos, acerca del modo de dezmar de las Casas y Colegios de la Compañia de Iesus: el qual venia despachado sub annulo Piscatoris, y su execuciõ cometida a Nos. suplicandonos aceptassemos la jurisdicion que por el su Sãtidad nos daua y concedia: y proceder a su execucion y cumplimiento, mandandoles dar nuestras letras y mandamientos necessarios, iuxta tenorem dictarum literarum Apostolicarũ, y justicia. Y ansi presentadas las dichas Letras, y Breue Apostolico, auiẽdo con la deuida reuerẽcia, y respecto aceptado la jurisdicion. Y procediendo a su execucion y cumplimiento, mandamos dar y dimos las presentes. Por las quales, y por la autorida d Apostolica a nos concedida, de que en esta parte vsamos, les mandamos en virtud de santa obediẽcia, y so pena de excomunion mayor, y de priuaciõ de voz Actiua, y passiua, y de quinientos ducados respectiuè, aplicados para gastos de la reuerẽda Camara Apostolica, que siẽdo requeridos cõ estas nuestras letras por parte legitima, veã las dichas letras Apostolicas de suso incorporadas, y las guarden y cumplan, hagan guardar y cumplir en todo y por todo, segun y como en ellas se contiene, sin yr ni venir en manera alguna, ni por ninguna causa ni razon contra su tenor y forma: y lo cumplan assi los vnos y los otros, cada qual en quanto le toca e incumbe, tocare, e incumbiere: con apercebimiento que lo contrario haziendo, procederemos contra los rebeldes contumaces e inobedientes, a agrauacion, declaracion, y execucion de las dichas penas y censuras por todo rigor de derecho, hasta que las

dichas

dichas letras Apostolicas tengan entero y cumplido efecto. Y queremos y mãdamos que a los traslados destas nuestras letras etiã impressos, y sellados con nuestro sello ordinario, o de otra persona constituyda en Dignidad Eclesiastica, firmado de nuestro sello infraescrito, se les dè la misma fee y credito que a las presentes originales. Por cuyo tenor mandamos a qualquier Notario, o escriuano para ello requerido, so pena de excomunion mayor latæ sententiæ, notifique las presentes a quienes se dirigen, y de todo dè fee, sin las detener, pagãdoles sus deuidos derechos. Dadas en la villa de Madrid a veinte y siete de Enero, de mil y seiscientos y veinte y quatro años.